

Apologia mentionem faciat mutationis panis & vini: partim denique quia hic ipse Articulus à Pontificijs per omnia sit approbatus.

14. Sed benè habet: Spiritus mendacij sibi inspiam constat. 1. Esto, Germanicum Exemplar patrocinari Transsubstantiationi Pontificiae: Quia igitur factum, ut Latinum, non verò Germanicum Exemplum sub mutationis incudem fuerit revocatum: Mansit enim Germanicum sibi semper simile.

15. Deinde diversum planè constat: Nam longè alio sensu phrasi ista (unter der Gestalt) usa fuit confessio, quàm Pontificij utuntur, eo nimirum, quo ante illud commentum de Transsubstantiatione vetustissimi etiam Patres hanc ipsam phrasi usi fuerunt: Veram & Sacramentalem illam notantes unionem Elementorum panis & vini cum ipso Corpore & Sanguine Christi, sine ullâ vel μεταστώσει vel συνστώσει.

16. 3. Tum Articuli bujus proprius ac genuinus sensus petendus est non ex consensu Pontificio: sed ex Ecclesiarum nostrarum doctrina, qualis tum etiam eadem planè fuit, quæ hodiè sonat.

17. 4. Tandem ne quidem verum est Pontificios omnes hunc articulum approbasse: Cochleus certè multa in eo desiderare Romanam Ecclesiam disertè fatetur: ut videre est apud Fabricium, Harm. pag. 189. a.